



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

35. An qui vovit, vel juravit sub conditione, & consulto conditionem
impedit, teneatur ad votum, & iuramentum? Et an qui vovit religionem
ingredi, si Deus illum conservet ab aliquo peccato, non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

R E S O L . XXXIII.

Quidam erat obstrictus vinculo voti Religionis, sed cum haberet sororem in granii necessitate constitutam, quae fuit, an ex hac causa posuerit differre Religionis ingressum, absque alia dispensatione?

Et an in supradicto casu possit Episcopus dispensare, quia non in substantia voti, sed in sola dilatatione dispensatur?

Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 5.4.

§. 1. *S* Anchez in summa, tom. 1. lib. 4. c. 20. num. 31. & 32. distinguunt inter votum Religionis, vel ab aliquo vlla temporis determinatione: & affirmat votum absque vlla determinatione temporis emolum diffiri posse: quia illud non est censendum obligare, nisi pro eo tempore, quo commode impleri potest. At si pro determinato tempore factum sit, dicit differri non posse ob fratum necessitatem: benè tamen ob necessitatem sororum in periculo impudicitiae existentium. Quia prudenter tali necessitatibus opus est tantæ charitatis, ut prudentis arbitrio videatur maioris obsequij diuini, quam præsentaneis religionis ingressus.

2. Sed cum Suarez de Religione, tom. 3. lib. 5. cap. 6. num. 5. absolutè neget tale votum differri posse, medium viam ingreditur Castrus Palauus tom. 3. tract. 16. dis. 1. punct. 7. §. 5. numer. 13. & verius existimat ob nullam fratum, vel sororum grauem necessitatem differri posse propria auctoritate votum pro determinato tempore factum: nam stante illa necessitate licetus est religionis ingressus (vt ipsemnet Sanchez concedit) & capax voti obligationis: ergo ex hac parte non est obligatio voti suspensa, neque etiam est suspensa ob nouam difficultatem quæ ad eum in exequendo illo ingressu: quia difficultas ex necessitate fratum vel sororum proueniens est nimis ei extrinseca. Non igitur suspendere obligationem voti potest. Adde difficultatem superuenientem excusantem obligationem voti debere esse ita grauem, ut prudentis arbitrio censeatur nouam rem promissam constituere; quod in præsentis non videtur esse: sapè enim vocationi difficultus erit fratres, immò amicos agentes deserere, quām forores periculo impudicitiae expositas, quibus subueniendis affectus non est. Neque placet quod dicit Sanchez excusari ab obligatione voti in casu sororum: ob præstantius obsequiorum diuinum, quod videtur esse in subueniendis sororibus, & ab eis periculum impudicitiae præcaendendo, quām in religionis ingressu. Nam si id verum esset, licet religiosis votum in tale subsidium commutari propria auctoritate posset, quod non est dicendum. Si autem votum ab aliquo vlla temporis determinatione emolum est; cum tunc obligatio eius latitudinem habeat, ex circumstantiis extinfevis restringi, vel ampliati tempus executionis potest: ac proinde ex necessitate fratum, & à fortiori sororum extendi tempus obligationis potest pro prudentis arbitrio. Hucusque Palauus loc. cit.

3. Verum his non obstantibus sententiam Sanchez nouissimè amplectitur Egidius Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 23. num. 10. Et quia in casu contingenti de quo interrogatus fui in foro vocationis proper paupertatem magnum periculum pudicitiae aderat: ideo illi confulsi ut votum Religionis differret per aliquod tempus, vel ad maiorem cautelam petret ab Episcopo dispensationem: quam quidem concedere posse, docet Trullench loco citato, quia non in substantia voti, sed in sola dilatatione exequendi dicitur.

Tom. VIII.

R E S O L . XXXIV.

An qui voulit ingredi Religionem, si per annum in fornicationem non incident, si in dicto anno culpa sua fornicetur, teneatur adimplere votum?

Idem est dicendum de illo, qui voulit sub conditione, si impetrat sanitatem, intra mensam, & ob intemperiam illam non obtineat. Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 10.1.

§. 1. *A* Ffirmatiuam sententiam docet Sanchez in Sup. hoc sa sum. tom. 1. lib. 4. c. 23. n. 47. & 49. Azor. part. ref. seq. per 1. lib. 1. c. 10. q. vlt. Riccardus in 4. dis. 3. 8. art. 2. Ange- totam. & lo- lus vlt. votum 1. §. 10. Nauarrus in manual. c. 1. n. 42. & vlt. cel. 16. Naldus in sum. ver. votum n. 33. quia in dicto vouchendi modo tacite quis promissole censemur, quod saltem aliquem declinandi peccatum conatum adhiberet, vel faltem dono nro vti: haec opinio est probabilis.

2. Sed non minus probabilem negatiuam opinionem esse puto per ea, quæ adducit Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. de votis. c. 17. num. 21. vbi num. 24. sic ait. Si quis voulit ingredi Religionem si per annum integrum à fornicatione abstineat, quacumque ratione, malitia, vel prava intentione non abstineat, licet forte peccet contra votum, postea non teneri ingredi, quia conditio non fuit impleta, nec impleri potest, nec ex peccato orta est obligatio, quam votum ipsum per se non induxit, nec sequitur tale votum esse frustra, nam satis est, quod obliget tum ad gratitudinem, si beneficium illud voucheti conferatur, tum ad procedendum sine fraude & dolo, & consequenter ad peccandum, si alter vounens se gerat, etiam si ad recompensationem non obliget. Ita Suarez. Igitur, regulariter loquendo, vounens non videtur obligandus ad voti adimplitionem non adimplentam conditionem, quia vounens non censemur se voluisse obligare, nisi posita tali conditione; quamvis ergo ex causa, vel culpa vouchenti conditio non ponatur in esse, votum non obligat, & ita etiam præter Suarez docet Bonacina in editione nouissima in Decalog. præc. 2. dis- put. 4. q. 1. punct. 2. & alijs penes ipsum. Vnde apparet his diebus probabiliter in facti contingencia docuisse non teneri ad votum adimplendum, si quis vo- ueat sub conditione, si impetrat sanitatem intra men- som. & ob intemperiam non obtineat, licet contrarium etiam probabiliter doceat Sanchez vbi supra num. 46.

Sup. hoc lege doctrinam Refolutorum nonnot pre- terita, & ex illis inferas quid sup. hoc.

R E S O L . XXXV.

An, qui voulit, vel iuravit sub conditione, & confidit conditionem impedit, teneatur ad votum, & iuramen-

to? *Et an, qui voulit Religionem ingredi, si Deus illum conseruet alicuius peccato, non teneatur, si ex quacumque negligencia illius peccati temptationi succumbat, sed solum, quando data opera, ut voti obligationem effugiat? Ex part. 9. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 3.*

§. 1. *D*ifficilis questio, & de qua mihi olim magna alteratio fuit cum quadam viro docto Societatis Iesu, & mihi amicissimo Patre Iosepho de Augustino, vlt. scripti in part. 4. tr. 4. ref. 10. Ponamus ex- plum: aliquis, v. g. voulit, se Religionem ingressum, si spatio anni peccatum fornicationis cum Dei gratia vi- tauerit, vel si morbo liberatus fuerit: postea vero fornicetur, vel intemperate viuat: ob eam maxima causam, non voto teneatur. Prima opinio affirmat: & ita docent duodecim Doctores, quos citat, & sequitur Fagundez in Decal. tom. 1. Præcept. 2. lib. 2. cap. 30. n. 7. Quibus adde Trullench in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 2.

F dub. 27.

Quæ hic est ref. autem dens, & lege supra §. vlt. ref. 16.

62 Tractatus Quartus.

dub. 27.n. 14. Et ratio est: quia, quoties apponitur conditio dependens ab aliis causis, sive naturalibus, sive liberis, quae licet impedit nequeunt; verus sensus conditionis est: Voueo talem rem, si per alias causas mihi inuoluntarias non steterit, quod minus hoc fiat. Deinde, quia is, qui conditione aliquid voto, aut iuramento promittit, censetur duplex votum, & iuramentum emittere: primum est expressum rei sub conditione promissa: secundum est virtuale, non impediendi consulto conditionem, ne tali vinculo teneatur. Tertiū, quia quoties de alia peculiari videntis, aut iurantis intentione non constat, verba sunt accipiendi iuxta modum, ac sensum, quo ea Ius intelligit: & standum est in utroque foro præsumptioni Iuris: at Ius in hoc euentu præsumit hanc intentionem in huiusmodi obligationibus, & verè reputari conditionem impletam, quoties malitiosè impeditur, ne obligatio sequatur: ergo, dum non constat de alia voluntate videntis, vel iurantis, ita in utroque foro sentiendum est. Tandem, quia fraus, & dolus nemini patrocinari debent, cap. *Aduersus de immunitate Ecclesie*, patrocinaretur autem sine dubio, si in hoc casu videntis, & iuramenti vinculis non obligarentur: alioquin, si quis voto promittat Tertio decem aureos, si domum promittens ingrediatur, & volenti Tertio ingredi ostium occludat; eximetur ab ea obligatione: quod, quam absurdum sit nemo non videt. Et idem dicendum est de præmissionibus humanis, quæ nec voto, nec iuramento confirmantur, ob easdem rationes factas, ut docent *Glossa in l. Si rem ibi. 19. §. finali, verbo Victor. ff. de præscriptis verbis*, & ita Bart. *fine*, & idem Bart. *in l. in exequatione finali, in fine*, & ibi Paul. *n. 1. In mol. in fine Alcicius n. 5.* Decius ea regula, in iure ciuili, n. 6. vbi afferunt, præminentem aliqui, si ipsum vicerit in ludo: quamvis non teneatur, procurando se non vincere, eo quod conditio hæc sit talis natura, ut licet impeditur valeat; teneri tamen, si ob id ludere nolit, eo quod per illum sit, quod minus conditio impleatur.

2. Sed, licet hæc sententia sit probabilior & communior, ut ego concedebam Patri Augustino: tamen opinionem negativam puto esse satis probabilem, & illam sustinet Major in *4. dis. 3. 8. quaest. 1. corol. 2.* Suarez de Relig. *tom. 2. lib. 4. cap. 17. n. 20.* & nouissime Castrus Palauus *tom. 3. dis. 1. punct. 17. n. 12.* Et ratio est: nam vel talis videntis, qui fraude postea vultus est, ad voti exequationem obligatur ratione conditionis impletae, vel ratione peccati commissi. Neutrū dici potest: non primum, quia reuerā conditio impleta non est: siquidem intra annum valetudinem ille consecutus non fuit, neque à fornicatione præseruatus est. Addē, incertum eriam esse, etiam si fraude vultus non esset, utrum conditio, quippe suapte natura contingens, impleta fuisse, necne. Neque secundum dici potest: nam hoc discrimen est inter violationem præmissionis Deo facta, & violationem præmissionis homini facta; quod illa obliget ad poenitentiam, & satisfactionem pro peccato, & iniuria Deo illata; hæc vero ad compensationem, sive restitutionem danni homini illatique homini violatione iuris sui damnum infertur in bonis ei utilibus quod compensari potest, ac debet. Deo autem, transgressione voti, nulla utilitas decedit, quæ restituī possit, ac debet: sed tantum honor, & cultus debitus auferunt, qui per penitentia satisfactionem eidem restituuntur. Quare regulam traditam potest quod transgressio voti non obligat ad compensationem: v. g. si voulisti certi die, ob specialem devotionem te ieiunaturum, atque eo die non ieiunias culpat, vel inculpet; non tenetis auctio de compensare, scilicet ex communi docet, Suarez *lib. 4. cap. 15.* Sanchez *lib. 4. cap. 14. numer. 25.* Atque exinde patet responsio ad prioris sententia fundamenta. Itaque, ait Palauus, cum tota obligatio voti pendaat ex intentione videntis, & in voto conditionali non sit nisi sub impleta conditione, efficitur

Sup. hoc supra in Ref. 24. 5. Sed. 2. media, & in Ref. 5. 8. t. in principio.

conditionem impleri debere ad obligacionem abollitam contrahendam: at eo ipso, quod conditio impletatur, non impletur: ergo votum illud conditionatum obligate non potest. Quod si dicas, verum esse, conditionem non impleri secundum sensum materialē, & expressum; impleri tamen secundum sensum formalē, & vidente intēcum, quoties non stat per eum, ad quem pertinet, conditio impleri, non obstat: nam ideo, hac regula locum habeat in præmissionibus humanis, quorum obligatio multum ex dispositione iuris politi pendet: at in præmissionibus diuinis locum habet non potest, quarum obligatio tota ex intentione voti pendent: intentione autem videntis, & se obligatis, v.g. ad Religionem sub hac conditione, si eius patre expresse consenserit, non est, si per patrem consensus non steterit: quia hæc est conditio negativa, illa positiva. Hæc latius patens, quam illa, quæ fuit in voto appolita. Et idem argumentum fieri potest illa conditione: Si Deus mihi salutem dederit, si à peccatis præseruauerit, quæ non censentur implexa, quando non obtinetur salus, neque à peccatis præfatuos, per Deum non steterit quominus implerentur. Explicatur amplius: si videntes Religionem sub aliquo ex predictis conditionibus, ea expresa intentione, v. de facto, & formaliter, si sonat, implerentur: claram videatur esse, te non manere obligatum ea sic non impleta: tamersi per eum, ad quem pertinet, non steterit: hæc intentione semper est præsumenda: tum, quia voti obligatio non late, sed strictè interpretanda est. Ei idem hanc posteriorē sententiam probabilem esse fateatur Layman lib. 4. tr. 4. c. 6. q. 3. n. 4.

4. Non vero, quod si aliquis veleret starre in prima opinione affirmativa, limitanda erit, vt intelligant, quando conditio pendent ex vno actu, seu impletur vno actu: nam si non ex vno, sed ex pluribus actibus pendent, quamvis semel in voti fraudem impletam, non illoco obligat votum: v. g. promist quis Religionem, si Deus illum à tali peccato præseruaret, illuc ac tentationis fuit vicit, tenuerit voto, sed quando ita vicit, ut quasi dominium illius tentationis in se extiperiat: tunc autem deficit conditio, quando ille vel semel lapsus est: quia tunc verum est dicere, non est præseruatum. Si vero data opera labatur, non ex primo lapsu confitetur impleta conditionis, sed quando totus in fraudem labitur, ut iam omnino succubuerit tentationi, ita ut illa quasi dominium illius habeat sicut est contra censuram præseruatus, quando ita vicerit, ut quasi dominium illius tentationis haberet.

4. Ex dictis colligitur, videntem ingredi, v. g. Religionem, si Deus illam à tali peccato, ab aliquo peccato, non teneri voto, si ex quacumque negligenti illius peccati tentationi succumbat; sed solum quando danū opera, vt voti obligacionem efficiat: quia, vt bene Syluester, *votum, 2. quaest. 2. d. 1.* communiter in co-intendunt videntes, vt Deus speciales vites ipsi addat: vnde, cum non constat de alia videntis intentione, hæc in dubio à communiter accidentibus praefienda est. Vide Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. t. 1.* n. 49. & 53, cum aliis, ubi *supra*.

RESOL. XXXVI.

An senex sexagenarius si solitus à voto Religionis quod anteas promiserat j
Et quid si post sexagesimum annum emiserit votum Religionis ieiuniij, &c. an teneatur illud adimplere?
Et an babens impedimentum perpetuum post votum superueniens, teneatur ad votum Religionis?
Et infertur senem sexagenarium non esse ad trivium damnandum.